IOHANNES CHRYSOSTOMUS
12. Jh. Seite 39r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26144
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ibi aderint & uias incedunt & omnia cum alacritate
sustinent. multo amplius nos xpi milites sic pparatos
esse oportet. & dispositos ad bellum passionum. Hec non est
psecutio. neq; contingat fieri aliquando. Sed aliud bellum
est cupiditatis. pecuniarum. inuidie. ceterarumq; passionum.
Istud bellum narrans paulus dixit. Non est nobis conlluc
tatio aduersus carnem & sanguinem. Istud bellum instat, Ppter
hoc armatos stare uult semp nos. Quia enim semp ar
matos stare uult. state inquit succincti lumbos uros. Quod
etiam ipsum psentis est temporis. & significauit quia semp opor
tet armari. Multum bellum p linguam. multum p oculos.
Istud bellum uincamus. Multum bellum est cupiditatum. Idcir
co inde incipit armare militem xpi. State inquit succinc
ti lumbos uros. Et intulit. In ueritate. Quare in uerita
te. Illusio quippe est. & falsitas cupiditatis. Ppta dixit ppha.
renes mei repleti sunt illusionibus. Non est uoluptas ista res.
sed umbra uoluptatis. Succincti inquit lumbos uros in
ueritate. hoc est in uera uoluptate. in temperantia in ho
nestate. Merito ista monet uidens inportunitatem pec
cati. uolens menbra nra muniri. Iracundia quippe in
iusta. non iustificabitur. Et lorica circumdare uult & scu
to. Bestia namq; est facile illi fit iracundia. & mille ma
ceriis & munitionibus nobis opus erit. ut supemus & re
primamus. Ppterea nobis hanc maxime partem ueluti ex
quibusdam lapidibus. hoc est ossis edificauit deus. munimenta
ei constituens. ne difrupta facile uel incissa totum animal